

tus Catule

nihil habet alteri sc̄ aurelio nihil satis est eque in rectoribus & iudicibus licētis & cōuenientis imperii malam magistrā iudicās inopiā atq; auariciā : auarus enim pro pecunia ius vendit & obolo eget: quia est pecunie seruus: inops vero auro faciliter flectit quo dicto obtinuit ut neuter consulū in p̄uinciam hispanie mitteret

B

Gaius vero pompilius. Ex hystoria huius pagi notabiliter patet potēcia romanoꝝ & super omnes gētes terror & q̄uis de noīe huiꝝ romai sit discordia apud autores factum tamē non mutatur ipsamq; ergo historiam a porphirio & a magistro historiarū sup da niele atq; a Valerio recipentes dicamus q̄ anthiochus Epiphanus rex sirie sororē suam regi egypti dolose in vxorem dedit: qui ex ea duos filios suscepit tunc antiochus egyptum tanq; sororē & nepotes visurus ingressus & inter epulas maritum sororis fecit occidi egyptum tenere volens: egyptii tamē fideliter agētes ipsū eiecerūt: qui post bienniū cōgregato exercitu magno allexandriā egypti obsedit q̄ vt romanis nunciatiū fuit cum essent cum egyptiis federati continuo legatos. Ad antiochum mittūt ut ab obsidione recederet: unus vero de legatis fuit pompilius vt dicit valerius. Sed magister dicit q̄ fuit marcus publius qui cum applicuisset ad litus egressus est obuiā eis antiochus & prompto animo & amicissimo vultu dexterā legato porrexit legatus vero illi suam inuicem porrigere noluit sed in littore stans tabellas senatus consultū continentē tradidit quas vt legit antiochus dixit se cū amicis collocuturum & sup hoc popilius indig natus q̄ aliquā moram interposuisset solū. i. terrā & litus q̄ insistebat rex virga denotauit circulū faciēs & ait senatus populusq; romanus p̄cepit tibi ne egrediaris de hoc circulo do nec respondeas qd̄ senatui referā quo audito rex continuo fore affirmauit. Ne amplius de se photlomeꝝ q̄ rere& & ab egypto recedere: & tunc popilius legatus manū eius tanquā amici apprehēdit nō ergo putares.